BENEDICTUS REGUARDATUS DE NURSIA · DE BALNEIS PUTEOLANIS · CINCIUS ROMANUS

Siena (?), 8. Jahrzehnt 15. Jh. /vor 1478

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

sumens, salsi flegmatis hostis est, scabiem, inpetiginem, seu
sprriginem sanat, putridum corpus mundat, cutim restau-
rat, leprosis prodest. Exigit tamen ut sanitatem consecuturus tantum
aquis utatur.

De balneo veteri tripergule seu veteri

Dispositio loci dedit balneo sequenti vocabulum. Nam cum
tripartita sit domus in qua vestes, seu aqua, vel lecti ser-
vantur, iuris vocabulo tripergula dicta est. plurimi enim
balneum vetus vocant, eo quod primum in hoc loco inventum
balneum circumponit. domibus nomen dedit. ut ipsum sub
urbium et tripergula vocetur. hec unda accomoda omnibus
aufert mentis defectum, cor exilarat, corpus allevat.
membrorum onera tollit, fugat varios dolores stomachi.
pedum removet gravitatem. hac aqua utens accidentia
mala nulla timebit. Ex hoc loco ferunt dominum deum nostrum xpistum
a mortuis surrexisse, et ab averno seu inferno tulisse pre-
dam. ubi altus mons supereminens, mons xpisti dicitur

De balneo Sancti nicolai

Omnia balnea potentes, aut magis soluti
occupant hoc solum mirifici confexoris pauperibus
subvenit, et ideo sancti nicolai dicitur. hec aqua ab aliis descripta
non est nec ab intelligentibus satis experta. quantum tamen
conceptum habeo. debiles fovet. consumptos restaurat.
stomacum confortat. et vires reparat.

Scropha

Mirabilis unda que sequitur, que ideo de scropha
dicta est. quia scrofulas sanat. Et quia in hac aqua
voluptati scropha reperta est. purgat enim mirabiliter
scabiem. et leprosis prodest. inpectigenes ex flegmate salso
sanat. sarcinam ventris deponit. artheticis et podagricis